Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et vniuersi qui sitiant me. Qa
ipse super maria fundauit eum et super
flumina preparauit eum. Quis ascen
det in montem domini aut quis
stabit in loco sancto eius. Innocens
manibus et mundo corde qui non ac
cepit in vano animam suam nec
iurauit in dolo proximo suo. Hi
accipiet benedictionem a domino et
misericordiam a deo saluatore suo. Hec est
generatio querentium eum querentium
faciem dei iacob. Attollite portas
principes uestras et eleuamini porte
eternales et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie dominus
fortis et potens dominus potens in
prelio. Attollite portas principes
uestras et eleuamini porte eternales
et introibit rex glorie. Quis est
est iste rex glorie dominus virtutum
ipse est rex glorie.

Ad te domine leuaui
animam meam deus me
ute confido non erubescam
ne ergo irrideant me inimici mei
et enim universi qui te exspectant
non confundentur. Confundan
tur omnes iniqua agentes super
uacue. Vias tuas domine demon
stra mihi et semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua et doce
me quia tu es deus saluator meus
et te sustinui tota die. Reminiscere
miserationum tuarum domine et mi
sericordiarum tuarum que a seculo
delicta iuuentutis mee et ignoran
cias meas ne memineris. Se
cundum misericordiam tuam memento
mihi tu propter bonitatem tuam domine

Dulcis et rectus dominus propter
hoc legem dabit dabit delinquenti
bus in via. Diriget mansuetos
in iudicio docebit mites vias. Vni
uerse vie domini misericordia et veritas re
quirentibus testamentum eius et
testimonia eius. Propter nomen
tuum domine propitiabis peccato meo multum
est enim. Quis est homo qui
timet dominum legem statuit ei
in via quam elegit. Anima eius
in bonis demorabitur et semen eius
hereditabit terram. Firmamentum
est dominus timentibus eum et
testamentum ipsius ut manifestet
illis. Oculi mei semper ad dominum quo
niam ipse euellet. Respice in me
et miserere mei quia unicus et pau
per sum ego. Tribulationes cordis
mei multiplicate sunt de angustiis
meis eruc me. Vide humilitatem
meam et laborem meum et dimitte
universa delicta mea. Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt
et odio iniquo oderunt me. Custo
di animam meam et eruc me non erui
tetam quoniam speraui in te. In
nocentes et recti adherebunt mihi
quoniam sustinui te. Liberet de
israel deus ex omnibus tribulationibus suis
iudica me domine
quoniam ego in innocentia mea in
gressus sum et sperans in domino non
infirmabor. Proba me domine
et tempta me ure renes meos et
cor meum. Quoniam misericordia tua
ante oculos meos est et complacui
in veritate tua. Non sedi cum con
silio uanitatis et cum iniqua gen